



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Tertius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

lis, horam impendisse, postridie recitato breuiter eo, quod excussum fuit, ad sequentis verbi considerationem pergamus.

Post excussam vero ad hunc modum Dominicam precationē totam, succedet Salutatio angelica: deinde alia, atque alia oratio, vt sine interruptione hæc orandi exercitatio procedat.

Adhæc, oratione qualibet sic completa, personam illam, ad quam pertinebat, paucis compellabimus, virtutem aliquam, aut gratiam petentes, qua maxime indigere nos senserimus.

TERTIVS ORANDI MODUS, per quandam vocum & temporum commensurationem.

Additio ab vtraque superiore nihil differt.

Oratio

O Ratio præparatoria, fiet sicut in secundo modo.

Tertius hic orandi modus in eo consistit, vt inter singulas respirandi vices, singula Dominicæ, alteriusue orationis verba transmittamus, expensa interim, vel significatione prolatae vocis, vel personæ, ad quam oratio spectat, dignitate; vel mea ipsius vilitate; vel vtriusq; postremo differentia. Eodem procedendum modo in verbis reliquis. Ad denda quoque orationes supra memoratae, Aue, Credo, &c.

*REGVLAE DVAE HVC
spectantes.*

PRior: vt, finita iuxta hunc orandi modum precatone Dominica, sumatur aliis diebus, vel horis, angelica Salutatio, simili respirationum interuallo tractanda, cum aliis orationibus, vsitato more recitandis.